MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS

Wien, 1477

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Hec igitur omnia dissoluenda sint
quales oportet nos esse in sanctis i
conuersacionibus et pietatibus
expectantes et properantes in ad
uentum diei domini per quem celi
ardentes dissoluentur: et eleme
ta ignis ardore tabescent. No
uos vero celos et nouam terram
promissa ipsius expectamus in
quibus iusticia habitat. Prop
ter quod karissimi hec expectantes sa
tagite inmaculati et inuiolati
ei inueniri in pace. Mathum
In illo tempore. Videns iohannes mul
tos phariseorum et saduceorum ue
nientes ad baptismum suum dix
it eis. Progenies viperarum quis de
monstrabit vobis fugere a uen
tura ira. Facite ergo fructum
dignum penitentie: et ne veli
tis dicere intra vos patrem habemus
abraham. Dico enim vobis:
quoniam potens est deus de lapidi
bus istis suscitare filios abra
he. Iam enim securis ad radicem
arborum posita est. Omnis
ergo arbor que non facit fruc
tum bonum excidetur: et in ignem
mittetur. Ego autem quidem bap
tiso vos in aqua in penitentiam: qui
autem post me venturus est, for
tior me est, cuius non sum dig
nus calciamenta portare. Ipse
vos baptisabit in spiritu sancto
et igne. Feria vi. Lectio iacobi ap.
Karissimi. Scienti bonum et non
facienti peccatum est illi
Agite nunc diuites plorate
ululantes in miseriis vestris
que aduenient vobis. Diuicie
vestre putrefacte sunt. Et vesti
menta vestra a tineis comesta
sunt. Aurum et argentum vestrum
eruginauit: et erugo eorum
vobis in testimonium erit: et man
ducabunt carnes vestras sicut
ignis. Thesaurisatis vobis
iram in nouissimis diebus.
Ecce merces operariorum qui
messuerunt regiones vestras que
fraudata est a vobis clamat:
et clamor eorum in aures domini saba
oth introiuit. Epulati estis
super terram: et in luxuriis
enutristis corda vestra in die oc
cisionis adduxistis. Conde
nastis iustum et non restitit
vobis. Id circo pacientes esto
te usque ad aduentum domini. Sequentia
In illo tempore. Fuit Marcum.
iohannes in deserto baptisans
et predicans baptismum
penitentie in remissionem peccatorum
Et egrediebatur ad illum